



Joachin Ballois del.

In Vigilia Epiphaniæ.

297

Ÿ. Ipse invocabit me, allelúia.

R. Pater meus es tu, allelúia.

Ad Sextam Antiphona.

Rubum quem viderat.

Capitulum.

Galat. 4.

AT ubi venit plenitúdo témporis, misit Deus Fílium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiôrum reciperemus.

R. breve. Notum fecit Dóminus, * Allelúia, allelúia. Notum.

Ÿ. Salutâre suum. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Notum.

Ÿ. Viderunt omnes fines terræ,

allelúia. R. Salutâre Dei nostri, allelúia.

Ad Nonam Antiphona.

Ecce María.

Capitulum.

Galat. 4.

ITaque jam non est servus, sed filius. Quòd si filius, & heres per Deum.

R. breve. Viderunt omnes fines terræ, * Allelúia, allelúia. Viderunt. Ÿ. Salutâre Dei nostri. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Viderunt. Ÿ. Verbum caro factum est, allelúia. R. Et habitavit in nobis, allelúia.

Vesperæ de Epiphania. Duplex.



IN